

Band VIII., Nr. 3093, Seite 312-313

*Der Edle Rudolf von Neideck und seine Gattin vermachen dem Kloster
Weißenuau alle ihre bewegliche und unbewegliche Habe.*

Lochen, 1281. Dezember 7.

Universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus Ro[dolfus] nobilis de Nydegge et Hiltrudis uxor sua notitiam rei geste. Ne temporis diuturnitas oblivione quam generat operibus pietatis que fecimus aliquid contrarii valeat generare, presentem etatem nosse nec futuram ignorare volumus, quod nos unanimi et gratuita voluntate ac deliberato consilio universas possessionum nostrarum proprietates, quas nunc possidemus vel inantea dono celestis gratie potuimus adipisci, seu res mobiles et immobiles cum universis hominibus nostris conventui ecclesie Minoris Augie ordinis Premonstratensis Constantiensis dyocesis donatione libera propter deum ac nomine testamenti contulimus perpetuo possidendas, tali condicione interposita, ut ab ipsa ecclesia Minoris Augie nec obligari commutari aut vendi possit quoquomodo, sed si quando quod absit conventus ecclesie memorate faceret in contrarium, tunc monasterium Pregantinum possessiones et homines libere possideat mox in toto, videlicet curiam sitam in Hoven¹ et vineam nostram ibidem et curiam Rütmanshoven², curiam Stockach, curiam Lochen³, curiam in villa Pregantie dictam Walthers hof, curiam Chûnemberch⁴ cum omnibus eorundem attinentiis agris lignis pascuis et pratis cultis et incultis tactis et non tactis et Adilhaidim Kelnerin cum pueris eius, Mâhthildim Spaltinun cum pueris eius, Adelhaidim Nordinun cum pueris eius, Willam Lagerinun cum pueris eius, Rûdolfum et Hainricum fratres filios Hainrici de Hoven, Adilhaidim Fride- richinun et pueros filie eiusdem ac patrem eorum Berhtoldum, Wetzelonem de Medelsun ac Adelhaidim uxorem eius cum pueris suis, . . uxorem . . su- toris de Tanne cum pueris suis, Adelhaidim Vinkinun, Rûdolfum Risin et sorores suas, . . uxorem Waltheri de Pregantia cum pueris suis, Burchardum Rôsinwirt et Cûnradum filium suum ac Elsam uxorem eius et Hainricum fili- um ipsius cum ceteris pueris eorundem, Chûnonem de Wangen, Burchardum Wirt et Irmengardim uxorem eius cum pueris eorum et fratres et sorores ipsorum, Chûnonem fabrum et pueros suos, Adelhaidim uxorem . . dicti Die- nestman et pueros suos, Hainricum Wâgelin et . . uxorem eius, Mâhthildim

¹ Abgegangene Burg in Lochau, heute Schloss Hofen.

² Abgegangen bei Bregenz.

³ Abgegangene Burg und Weiler in Lochau.

⁴ Vermutlich bei Bregenz abgegangen.

II

et pueros eius, Rūdolfum Ebiner et uxorem eius Engilam et pueros eorum, . . . Amseler, . . . Kempfer, Berhtoldum Hanteller, Berhtam uxorem Rūtmani, Irmilam dictam Kōlbinun cum suis liberis, Mahtildim dictam Erlelerin cum suis liberis, prout per nos eidem monasterio extitit ordinatum omni repetitioni omni actioni omni pacto omni privilegio omni beneficio iuris ecclesiastici ac civilis omni auxilio legum et canonum omni exceptioni tam in genere quam in specie nec non viis quibuslibet, que donationem nostram irritari revocare aut impedire possent, renuntiantes publice per presentes. Huius rei testes: Hainricus de Phephichoven prior, conversi ecclesie nostre Hainricus Ūppelinus, Hainricus villicus, frater Jacobus, Hermannus Regnoldus civis de Ravenspurg, Herbordus notarius. Pro cuius facti testimonio presens scriptum sigillo nostro communitum dicto conventui ad evidens indicium conferimus et cautelam.

 Actum in castro Lochen, anno domini millesimo CCLXXXI., crastino post Nicolai, indictione decima.

—

Vidimus des Konstanzer Offizials von 1324 Juli 31, mit anhangendem Offizialatsiegel.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 523 U 2367

Überlieferung und Textkritik:

Vidimus des Konstanzer Offizials von 1324 Juli 31.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lochen

Ortsindex:

Alttann Wohnplatz (20601)
 Alttann, Wolfegg, RV
 Bregenz, Vorarlberg, Österreich
 Chuonemberch
 Hofen
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Lochau, Vorarlberg, Österreich
 Lochen
 Neideck Wohnplatz (20815)
 Neideck, Argenbühl, RV
 Pfäffikon, Kt. Zürich, Schweiz
 Ravensburg Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Ruotmanshoven
 Stockach Wohnplatz (14683)
 Stockach, KN
 Wangen im Allgäu Wohnplatz (20537)
 Wangen im Allgäu, RV
 Weißenau Wohnplatz (20163)
 Weißenau, Ravensburg, RV